

xp̄s et in scandalum ruendo de malo in malum. nam fame et peste et gladio percussus fuit in illa obsidione.

**A**ndi dicitur pena cecitatis iudeorum. **Q**uod scirentur oculi eorum ne viderent perum solem iusticie nec legis sacramenta intelligant. nam qui intendere noluerunt dū poterant ipsa illis optat merito pena ne viderent. et dorsum eorum semper incuria nimio delictorum pondere pregrauatus. **E**t funde domine super eos vindictam tuam in presenti. et furore indignationis tue comprehendat eos in futuro iudicio.

**S**icut habitatio eorum deserta quod impletum est in eversione hierosolime civitatis per romanos et in tabernaculis eorum non sit ex numero illorum qui inhabitet in templo et in palacio regio.

**P**ropheta assignans causam omnium illorum malorum dicit. **Q**uoniam christum filium tuum quem tu non pro culpa sua percussisti passibilitate et mortalitate que pena est humani generis pro redemptione et salute omnium populum percussisti. iudei ex malicia persecuti sunt. et super dolorem vulnere meorum qui erat de eorum peccatis et perditione addiderunt tibi moxem que veneram pro salute multorum. **P**ermitte eos addere iniquitatem iniquitati ruere ob vicio in vicium et non intrent in viam veritatis queduxit ad vitam eternam. **D**e leantur de libro viventium per finalem reprobationem et damnationem eternam. non autem dicunt delendi que ibi scripta fuerint. quia qui absolute ibi scripti sunt nunquam delent eterna predestinatione solidati. sed que ibi scriptos seipsos iudicant. sequi. et iustorum ordini non interponantur.

**I**lli sunt tales. **E**go sum pauper que cum dives esse pro omnibus pauper factus est ut divitiarum eius participes efficere mur. et etiam sum dolens pro omnibus ipse enim dolores nostrorum in seculum et salus tua. id est divinitus tua pro quibus fidelibus medicina offeri me suscipit resuscitando a morte.

**E**t que salus tua me suscepit **L**audabo in me et in membris meis nomen tuum cum

exultatione et magnificum predicabo cum. per membra mea et laudabo cum.

**E**t laus illa mea placebit deo super omnibus sacrificiis legis in que mos erat ut pro peccatis vitulus unius anni offereretur. qui iam cornu producebat et ungulas.

**P**lacebit laus mea super vitulum etc. ideo videant pauperes et intelligant que oblatio deo accepta in mente est. in que pauper queritur diviti non in exterioribus rebus. et in dolo tentur et ad pauperes conversus ait. **P**auperes hoc intelligentes querite dominum pro desiderio pedibus fidei spei et caritatis et viuet anima vestra vita que habet et vita glorie in futura vita.

**Q**uerite dominum. **Q**uoniam exaudivit dominus omnibus temporibus pauperes que que runt eum et vinctos suos que. id est legibus vincunt siue alligant non despexit ipse enim liberata laqueis carnalibus que suis regulis preeros agnouerit.

**Q**uia ergo ita est. **L**audent illum celestia terrestria et omnia in mari natantia et omnia que in eis sunt beclaudant deum dum ex eis laudatur creator eorum. **H**inc etiam laudandus est deus. **Q**uoniam deus salvam faciet ecclesiam que illorum mente speculari in eternum que hic multis persecucionibus multis fangatur angustiis et edificabuntur civitates. id est ecclesie particulares iudei. christi que ex origine iude carnis propagatione descendit.

**E**t inhabitabunt ibi in sion fideles et hereditate acquirunt eam ut possideant eas in eternum quam ad hierosolimam eternam dominum miseracione pervenerint.

**E**t non una generatio sola iustorum habitabit in ea. sed successores. id est sequitur. **E**t semel imitatores servorum. id est apostolorum et discipulorum christi possidebit eam eternaliter et universaliter omnes qui diligunt nomen eius habitabunt in ea. id est civitate celesti eterna felicitate gaudentes.

**P**salms. **LXIX** in quo monet ut in solo deo confidamus et gloriemur.

Vox prophete in persona generalis totius ecclesie quei presertim pacem perfectam habere nequaquam valet. ideoque in angustiis et calamitatibus vite posita diuinum imploreat auxiliu[m] dicens.

**D**eus qui soles iuuare in adiutoriu[m] meum intende per picula et ne inimici preualeant mihi ad adiuuandum me festina quia si tardet misericordia tua crescent picula.

Ecclesia emendationem postulans inimicorum suorum ait. Confundantur. id est de peruersitatibus suis turbentur et reuerentur. id est formident ne per lesam iusticiam penas incurant qui querunt animas. id est vitam meam perdere. Fluertatur retrorsum. id est proposito suo malo. et erubescant ne possint implere quod moluntur qui volunt mihi mala.

Fluertatur statim ut a suo proposito erubescerent velociter seu compellantur abscedere qui dicunt mihi irasone euge euge. id est gaude gaude.

Deus pius ait. Exultet et letetur in te in qua est lux et non in alio qui querunt te profitentes te magnificum et liberalissimum in dando prestantem veniam qui diligunt filium tuum memores saluationis tibi a deo collate per eum.

Vox populi christiani. Ego vero egenus sum egenus. continue gratiam diuinitatis expectans et pauper ad beneficia tua suscipienda auidem propter as deus adiuua me a tribulatione mundana ubi cum viciorum aduersitate pugnamus tua miseratione liberando. Adutor meus in necessitatibus et de hac seculi clade liberator esto domine. et quia non est alia mihi spes ideo domine ne moreris licet enim deus mensurare faciat omnia nos tamen tardum putamus quod desiderio magno requirimus.

**P**salmus. LXX. in quo monet ut in omni tempore totam spem nostram in domino ponamus.

**V**ox cuiuslibet iusti. **R**te domine spe

raui non in honore. non in mundano quod caduca sunt. et ideo non confundar non erubescam in eternum. id est in illa iudicii retributione ubi profundi penale est in iusticia tua non mea quia iusticia tua misericordiam semper habet conuictam unde eius est semper parcere supplicanti libera mea periculis et eripe me de potestate dyaboli ne cum eo damnemur.

Inclina ad me egrotum et iacentem aures tue misericordie et salua me a egrotum digne que intrus est.

Et ne ad me veniant iacula inimici oro. Esto mihi in deum protectorem quia ego me protegere nequeo et in locum munitum ut non tantum sim protectus sed etiam securus. unde sequitur saluum me facias. in alio enim saluum esse non potero.

Oro ut sis mihi protector. Quonia[m] firmitatem meam das mihi firmitatem constantem contra omnes temptationes et refugium meum in omni tribulatione mea. Deus meus quia in te speravi eripe me de prete dyaboli qui absolute dyaboli et de manu contra legem ageris quilibet est iudeus et malus christianus et iniqui ut sunt pagani qui nulla lege domini refrenantur. sed more ferarum faciunt quod cumque libuerit.

Merito debes me eripe. Quia tu es patientia mea causa propter quam omnia libentissimo sustineo et spes mea. id est certitudo futurum premij mei a tempore conuersionis mee non solum a iuuentute spes mea est sed etiam a puericia. Quonia[m] in te confirmatus sum. id est sustentatus ex utero et ventre matris mee tu es protector meus.

Propter que ad te et debite laudes cantabo sine fine quia bona tribuisti mihi quia autem solum laudo. et res seculi reprobis factis superdignum amatoribus seculi reputantur me quilibet insanum quod non sequitur qui amat et sequitur peccantium multitudinem. sed pro omnia opprobria illa tu factus es mihi adiutor fortis.

Deum ut dignas gratias possit reddere dicens. Repletur os meum laude propter beneficia ut toto tempore meo cantet et predices te gloriosum et magnitudinem beneficiorum tuorum que fecisti mihi.

*[Marginal notes in a smaller hand, partially illegible]*